



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

III. De pœna sensus vniuersim sumpta.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

est quippe vniuersalis negatiua propositio. Probo scot-
sim, & per partes. Primam: quia poenam sensus, quæ
passio, & proprium accidens damnationis suæ in vno
quoque damnato est, nullus damnatus peccatis suis
augeri absolute meretur, nec vitiorum illa, damnato
alicui à Deo infligitur. v. g. vt auctentius ignitur,
flagret, & intensius, incalcat, quam initio damna-
tionis arsit, & incaluit; vt nec Beati honestissimis
virtutum actibus, gloriæ, & status sui pedissequas dolores
merentur augeri. Inde probo partem secundam de
omnino accidentalibus, & aduentitiis poenæ demerito.
Si enim ratione status termini, & defectus status
vix, nec Beati merentur premium, nec damnati sup-
plicium, quod eorum operationibus condigne, &
maximè, & accommodatissimè alias responderet, nec
supponitur ad antea merita, aut demerita in sta-
tu viæ à Deo donatum, & ab alterutris receptum;
ergo: quia status termini, & defectus status viæ abso-
luto merito, & demerito, poenæ, ac pramij eu-
iulvis, etiam apertissimi, & proportionatissimi viam om-
nino præcludunt. Gaudium beatorum, ac demonum
dolor, & tristitia de penitentiam agente peccatore,
& salute æterna eorum, felici aut infelici statui, ac-
cidenter adiungi, camque augere certum est; eis
vero, aut operum in alterutro statu mercedem, &
præmium, vel poenam à Deo obuenire negamus; sed
solum, vt charitatis erga alios in Beatis eximie, odij-
que, & inuidiæ erga homines effusissimæ in damnatis
affectus, fluctusque connaturalissimos.



QVÆSTIO III.

De poenæ sensus vniuersim sumpta.

ACTENS de poenâ damni, seu malis tam priua-
tis, quam publicis, quæ demones (& idem
est de damnatis reliquis) ex parte intellectus, & vo-
luntatis à Deo patiuntur pro naturæ prioris ad eorum
à demonibus pertensionem, seu cognitionem dispo-
situm à nobis, definitumque est. Iam ad poenam, quæ
iisdem demonibus ex eorum malorum cognitione, ac
pertensione accrescit, ac poenâ sensus à Theologis
appellatur generatim examinandam procedimus. Dixi
generatim quia specialis poenâ sensus, ab igne demoni-
bus, & animabus separatis à corporibus, damna-
torum, quovisque ad iudicium vniuersale eisdem vaian-
tur iterum, & damnati resurgant, proueniens, seu, quo
pacto igne, etsi puri spiritus sint, ardeant, & inca-
lescant specialem difficilemque apud scholasticos, quæ-
stionem habet, post hanc generalem de poenâ sensus à
nobis subiiciendam. Sunt autem in hac generali quaestione
examinanda: eius essentia, obiectiua extensio, intensio,
duratio continua.

CERTAMEN I.

Nominis ratio, essentia, & obiectiua huius poenæ extensio.

Dicitur poenâ sensus, quia etsi spiritibus puris
nullus proprius sensus sit, quo pati sensibili-
ter propriè possint; non tamen, ab eis aliter, quam
malè, & disconuenientis obiecti cognitione, (quæ per-
sensio mentis eleganter dicitur, vt etiam intelligere
voce persensicare significatur) potest haberi: & in-
super, quia spiritualis prorsus poenâ hæc Daemonum,
& animarum, nec secundum se, & vt in se est, à no-
bis perceptibilis, nec explicabilis, sensibilis doloris, &
poenæ adiuncta potest solum, debetque percipi, ac eius

vocibus explicari. Et hæc de voce satis; de essentia ve-
ro poenæ huius, quæ sensus in damnatis dicitur da-
bium, nuper fecit nostri Atriage doctrina scd, &
subiect, 3. num. 59. §. *Scotus in 2. sub initium ac de*
eius: vbi, vt sententia Scoti cert, vlt. memoranda de
ritiem emolliret, ex propria tamen sententia, docet
Dolorem demonum, & damnatorum de obiecto, quo-
vis ipsi malo, & disconuenienti physice non in actu
voluntatis, & displicentia, ac tristitia voluntatis dam-
nati, de eo obiecto, sed in eius perceptione, & actu
intellectus, quo formaliter à Damone, & damno,
quouis cognoscitur, & intelligitur ipsi physice malo,
& disconuenienti obiectum essentialiter consistere; & si
inde vitius, ex eius cognitione, & perceptione, in
qua dolor essentialiter stat, ea voluntatis de eodem
obiecto displicentia suboritur, qua dolere non de
obiectis ita disconuenientibus, vulgaris quum pro-
prie, dicimur; Manus quippe, vel pes, vel caput
dolere etiam nobis, dici etiam proprie solet; sed
ibi appetitus, non resideat, nec eius organa, vt de per-
cepto ibi obiecto dolorifero, ac disconuenienti actu ap-
petitus doleamus, ac tristemur, sed solum sentia, ta-
ctusque percipitur.

2. Dicendum nihilominus est, cum communi ex-
terorum Theologorum Philosopherum, & peti-
tum lingue Latine: Dolorem obiecti doloriferi, in
sua, auctione, displicentia & tristitia appetitus ac
subinde in actu simili voluntatis damonum de obiecto
ipsi physice disconuenienti, & malo essentialiter
consistere. Ratio est, quia dolor actualis de obiecto
physice malo, & disconuenienti secundum se specta-
to, non est, sed de malo, & disconuenienti cognito:
arqui cognitio mali, & disconuenientis physice non est
de malo, & disconuenienti physice cognito, vel pre-
specie alienas, vel proprias, sed de eo secundum se;
ergo cognitio de obiecto dolorifero, ac physice dis-
conuenienti, & malo, non est actualis dolor. Malum
ita de se innoscitur, vt vitæque lingue propriis loco
circumferatur, quod hispane dicimus, *que que*
uam, cora. con, que no flora, hoc est, que no dicit,
Minor est certa: quia ad cognitionem obiecti abso-
lutè talem, obiecti cognitio alia fuit obiectum cogni-
tum, aut præcognitum non supponitur; aut qui ad
præsuppositam eius cognitionem alia, & hanc alia,
& alia infinito regressu, & processu anterior causa,
& anteriori præsupponitur. Probatur Secundo. Quia
delectatio, & gaudium de obiecto physice bono con-
uenienti, & delectabili contrarie opponitur; actuali
dolori de obiecto physice malo, disconuenienti, &
dolorifero: ergo actualis dolor eiusdem facultatis
actus sunt, cuius sunt gaudium, & delectatio: nempe
appetitio, non autem cognoscitio, aut intellectio
facultatis.

3. Tertio probatur à priori: quia bonum, & ma-
lum, qua talia, formaliter obiecta facultatis appeti-
tiuæ, & volitiuæ sunt, non cognoscitio, & intelle-
ctiuæ; & si quia bonum, & malum, seu bonitas ipsa,
& malitia vera obiectiuè, & cognoscibilia sunt, cognos-
ci, intelligique, qua vera obiectiuè, & cognoscibi-
lia formaliter valeant; non autem formaliter, qua
bona, & delectabilia, seu mala, & dolorifera: qua
rationes materialiter solum respectu potentie cognos-
citiuæ, & intellectiuæ se habent: ergo suis propriis
actibus in physice malum disconueniens, & dolori-
ferum, qua tale formaliter appetitus, & voluntas,
non vero facultas cognoscitiua feruntur. Locutiones
illæ oppositæ, partes, in quibus doloriferum obiectum
finitur primo, non autem, quibus dolor concipitur
designant: tantumque valent, dolere mihi ac dolere
(periti alunt) *pedes, caput.* Et similes locutiones quæ
ex cruciatu, & cruciari pedibus, cum actiue à crucian-
te, tum passiuè cruciati pedibus opponi possent, cum
idem cruciatus, & dolor significaret: sed eandem le-
cilem habent solutionem. Significari, nempe, eis locu-
tionibus, partes, quibus agens qualitatem doloriferum
inducit, eaque à patiente primo percipiuntur. Nec dubito,
quin phantasmæ organo vitio, aut ex sententia ex-
terna internam, & phantasma non possit elicere, cui
sensu

señsus tactus vigeret, & qualitas doloris in pede sentiretur, ac perciperetur actum doloris à viuentē non eliciendum, quia appetitū animalis facultati non proponeretur, ut actum doloris, conciperet, & fors ita in pluri- bus euenit.

5. Circa poenā sensus obiecti uam extensionem, Soar, noster citatus ex c. 5. & p. d. 13. lect. 2. docuit dolorem, & tristitiam demonum de gloria & aliorum bonorum priuatione conceptam, non ad poenam sensus, sed damni pertinere citans pro se alios quia fide nescio quamvis Soar, in 4. d. 46. q. 1. a. 1. & Bannez. 1. p. ad q. 64. a. 3. d. b. 1. §. Quia suspensio fide dignius citentur. Probat, quia poena sensus, ea solum est, quae de malis physicis positiuis habetur, ut in re praesente de igne. v. g. quo demones torquentur tristitia, & dolor, & priuatiui autem mala, nec sunt, nec esse possunt, quare neque ad ea poena sensus extendi. Hanc sententiam retulit, q. 1. cert. 1. n. 7. simul cum alia, quam Scoto, & Valquez pressio nomine, im- ponit Soarius ipse, & capite quarto, late, longaque re- fertur: quasi dāni poenam nō gaudent, ubi eos ab hac im- posita vindicauit, est quæstio de nomine solum cum illis esse posset, non de re, quomodo id, quod ex ipsis refer- tur, docuissent: de Patris vero Soarii sententia est non alia, quam de nomine etiam, posset esse cum ipso, di- putatio, eam tamen huc, tanquam ad proprium locum di- stulimus, ubi ostendenda non est: quia, est cum Theo- logis reliquis conueniat, & quæcumque omnes, in po- na demonibus de malis priuatiuis percepta admittant, ip- se etiam admittat, ea imprimis ratione, voce, & nomine ab illis discedere non debeat.

6. Secundum igitur est, Poena sensus damnatorum de- monum, etiam ad obiecta omnia priuatiue mala, & disconuenientia, quibus in peccati poenam à Deo puniuntur, tota rei, & nominis proprietate, extenditur. Est Molinæ, prima pars, q. 64. articulo tertio, d. 1. §. Mihi contrarium Valquez, d. 242. c. 2. §. Mihi verò Alarcon d. 9. c. 8. n. 2. §. Duplicitur autem docuit Scotus, in 4. d. 50. q. 1. a. 4. conclus. 2. Et ceterorum Theo- logorum consensio atque locutio est: quod solo satis proba- ta maneret, Probat vltimus: quia poena sensus ea, & ideo dicitur quia sensu, & dolore mali physice, & discon- uenientis obiecti percipitur: atque per se, & per omnes, mala physice & disconuenientia priuatiue eū & dolore à demo- nibus, & dānatis aliis percipiunt, imo aliqua ex eis (ut glo- ria priuatiua) maiore sensu doloris, & tristitiae q. a. reliqua mala positiua, quae patiuntur, ergo priuatiuorum malo- rum dolor, & tristitia, poena re, & nomine sensus pro- priissime est: ac proinde poena sensus proprie dicta ad mala omnia priuatiua obiecta extenditur. Probat vlti- mus, quia poena sensus, & damni diuisio non est ob- iectorum, nude sumptorum diuisio, alias, non in sen- sus, & damni, sed in positiua, & priuatiua in poenam fie- ri diuisio deberet: ergo est diuisio poenae ex eis malis pro- uenientis demonibus, quatenus sensu doloris, & tristi- tiae, quem in demonibus causant, uelintur aut mala pri- uatiua atque ac positiua doloris, & tristitiae sensum demo- nibus damnis causant, ac proinde, ea uelintur: ergo atque sic sumpta, & uelintur priuatiua mala ad poenam sen- sus pertinent, atque mala positiua, sic etiam considerata, & sensu doloris, & tristitiae, quem in demonibus efficiunt uelintur.

6. Confirmatur ad hominem contra ipsum Soarium ci- tato c. 4. ubi sententiam negantem poenam damni demoni- bus, quam Scoto, & nostro Valquez perierit ipiorum ta- men, ut ostendimus, q. 1. certam. 1. n. 1. sensum, & mentem tribuit) desellit: quia ante sensum doloris, & tristitiae da- monum (quo solum poenam fieri priuationem gloriae illa sententia aiebat) priuatiua gloriae, & reliqua mala priuati- ua uere mala, & disconuenientia damnis demonibus sunt, & in poenam peccati ipsi à Deo dispositi ergo ante sensum dolo- ris, & tristitiae ipsi damificabilia, & nociua, ac poena est propria damni ipsorum. Hoc etiam, & fit- tum argumentum, cunctis Theologis, etiam Scoto, & Valquo, est contra sententiam illam à nullo Theologo, cogitatam, nedum assertam. Pergo tamen inde contra Soarium, Mala priuatiua gloriae, & aliorum bonorum se- cundum se sumpta, atque, ut obiecta, sensus doloris, & tristitiae demonum naturae prior praecedunt, sunt eis

Christoph. de Ortega de Deo Vno, Tomus II.

damni poena: accessu autem sensus doloris, & tristitiae, quo formaliter cruciantur demones, alia poena, abs dubio, demonibus accedit, quae non erat, ubi ea pri- uatiua mala secundum se sumpta, & pro priori ad cogi- tationem demonum afferebant, & quae poena illa damni, praecedens non sit, ergo alia quae non, nisi sensus poena esse possit: Poena siquidem Daemonum in poenam damni, & sensus aequare per Theologos omnes, & Soarium ipsum diuiditur.

7. Fors dices: sensum doloris, & tristitiae de malis illis priuatiuis disconuenientem etiam, & nociuum maxime demonibus esse, ac proinde intra damni po- nam, ut partem illius debere reponi. Vide quid dicas. Idem siquidem de sensu doloris, & tristitiae demonum, ob mala positiua à Deo ipsis in poenam disposita, & inflicta, dicere cogitis: ac proinde nullam, nisi damni poenam, peius, quam conficta, atque à nemine affecta sententia illa, quam impugnabas, in demoni- bus admittes, vigeat inde impugnatio, confirmatio proxima, quasi ad hominem facta contra Soarium, ex eius impugnatio contra sententiam illam. Scoto, & Valquo attributam; etenim mala positiua demoni- bus à Deo inflicta, atque, ut sensum doloris, & tristi- tiae obiecta, pro natura prior praecedunt, nociua ob- iectiue, & damificatiua Daemonum sunt: quare ita secundum se sumpta, pro naturae prior ad sensum do- loris, & tristitiae de eis à demonibus conceptum po- nam damni demonum esse negari non potest; & tamen accessu sensus doloris, & tristitiae demonum de ipis poena vltior sensus propria ipsidem demonibus sunt; ergo, & priuatiua mala gloriae, &c. Quae secundum se, & ut sensum doloris, & tristitiae demonum de ipsis praecedunt, poena damni solum de demonibus sunt eo sensu pro naturae posteriori accedente propria poena sensus da- monibus sunt.

8. Dices Rursus, Poenam damni in solis priuatiuis malis hactenus à Theologis admissam fuisse, à nemi- ne autem, in malis positiuis, Cuius ratio ea esse vide- tur, quod mala positiua de se, & suapte natura sensus illius doloris, & tristitiae demonum causatiua sunt: se- cus autem, mala priuatiua, quae, cum nihil sint, nihil, quare nec sui sensum ipsum doloris, & tristitiae, agere in demonibus possunt: unde secundum se sumpta, & considerata solum, ut damificatiua nociua, & dis- conuenientia demonibus considerantur, poenae dam- ni sunt non sensus illius, cuius de se non sunt in de- monibus causatiua: ut sunt de se, & suapte natura esse- tiua in illis positiua mala à Deo in poenam inflicta. Con- tra Primo. Quia si tem obiectiue sensus doloris, Et tristi- tiae causatiua de se, & natura sua demonibus sunt, priuatiua etiam mala, quibus à Deo puniuntur. Se- cundo: quia, & si aliam causalitatem praeter obiecti- uam sensus illius mala positiua de se habeant: quae de se, & natura sua sensum illum Daemonum, & si non duplici, sicut positiua mala, vno tamen titulo, & cau- salitate causant, concernunt. Tercio: quia, & si conuer- tentia hae sensus doloris, & tristitiae demonum du- plici titulo malis positiuis conueniat, non tollit tamen illis verum effectum formalem incommodandi se ipsis independentem ab alia actiuitate intrinseca, & obiecti- ua, & effectiua sensus illius: ergo secundum effectum illum formalem, & rationem veram, seipsis formaliter incommodandi Demones, eisque nocendi, esse, dici- que uere poena propria damni possunt: quemadmo- dum, & mala eorum priuatiua ratione effectus illius formalis incommodandi se ipsis demones, eisque no- cendi (quem uere habent) propterea poena damni eor- um sunt; & si seipsis aliam obiectiuam causalitatem sensus doloris, & tristitiae de ipsis in demonibus habe- rent.

9. Ex his praclusa faus est euasio, cuius ex dis- cursu ratio, quae ipsi uiam, locūque lacere videbas- tur, sed fortius, adhuc ratio repellitur, & euasionis uia, ad rem praesentem obturatur. Non enim de poena sensus hominum damnatorum, post relictum orem, & uolensale indicium agimus: in quorum corpora calore intensissimo crucianda igitur, (qui positiuum malum damnatorum uol- ueritissimum, & notissimum est) natura sua actiuitatem ad

H h a sensus

pena sensus sit, in sensatione, seu intellectuali Dæmonum perceptione disconuenientium, & incommo-
rum physice ipsi obiectorum, non autem in actu vo-
luntatis, constituitur quam cert. i. conuincimus: quare
parum prædij ea ratione affert, Præterea oportet,
ut ea doctrina Scotus à censura liberaretur, cum ipsam
Scoti doctrinam, esse ostendit quo ab Ariaga nec sit,
nec fieri possit: cum Scotus, in 4. d. 50. q. 1. a. 4. con-
cludit, dolorem, qui penam sensus constituit, ex mali
apprehensione oriri ducere, ac proinde, non in appre-
hensione, sed in actu voluntatis, ex ea apprehensione oriri
constitui.

4. Sed labore nullo suo Scotum à censura omni libe-
rasset, se animaduertit, prædictum id iam pridem à
nostro Vazquez facile fuisse d. 42. c. 4. num. 11. §. Pos-
set quidem aliquis, dogma enim fidei hac in re contra
Origenem est penam dæmonibus, & damnatis nunquam
absolute finendam, à quocumque cessatura absolute di-
cat, non autem, non posse absolute ab aliquo cessare,
quod bene componitur, cum eo, quod nunquam, ab-
solute cessat: ut in multis aliis contingit, & in re præ-
fenti cessare hæc pena Dæmonibus adeo absolute potest:
Et tamen nunquam est absolute cessatura, ex cuius
suppositione impotentia solum consequente, & secun-
dum quid, non autem simpliciter, & absolute tali
cessare pena non potest: quod eodem modo fieret,
& si potentia voluntatis, & arbitrij dæmonum cessare
eorum pena absolute, & simpliciter posset. Dammodo
impotentia secundum quid, & consequente cessare non
posset, quia nunquam esset ex ea Dæmonum absolute
potentia, dolor, & tristitia, quæ sensus pena, est,
absolute, & exercit cessatura. Atque his planè Scoti do-
ctrina, ab omni censura, notare contra prædictum
dogma de perpetuitate penæ sensus dæmonum, & dam-
natorum suspitione purgatur. Sed vero, longius
adhuc Scotum à suspitione notæ, & censuræ cuiusvis,
sua illa generali doctrina de potestate absolute demo-
num cessandi ab omni actu voluntatis esse seorsum
is solus ignoret, qui ipsius doctrinam, non bene pene-
trauerit. Penetratam vero video à nostro Vazquez citat,
num. 11. §. Huius sententia meminimus. Ex ea enim
planè constat generali illa doctrina Scotum potentiam,
adhuc absolutam, & ex parte actus primi voluntati, &
arbitrio dæmonum ad cessandum ab actu doloris, & tri-
stitiæ (in quibus pena sensus est) nedum cessationem
ab eis minime concessisse. Potentia, quippe suspendendi
actum de actibus, quos adhuc voluntas pro arbitrio,
& indifferenter sua actiua potestate elicere potest ab
Scoto, & omnibus Theologis intelligitur, nec aliter ab
vilo potest intelligi: Scotus autem, q. illa 3. Reportata-
rum docet dolorem, seu tristitiam de obiectis malis,
& penis à solo Deo in dæmonibus, & damnatis actiue
produci, ac subinde illos absolute non posse, non tristi-
ri, atque dolore. Et in 3. d. 1. §. Alio potest dici, & in
4. d. 49. q. 7. tristitiam non esse actionem elicitam facul-
tatis appetitiue, sed passionem ab obiecto necessario acti-
ue proueniens, & in ea facultate solummodo receptam
vniuersum docet.

5. Et si autem eis locis ad tristitiam, ut talis absolute
sit, actum elicium actiue à voluntate seu facultate appe-
titiva necessario supponi doceat; tamen non de eli-
cientia actiua libera formaliter loquitur, sed physica so-
lum. Neque enim bruta, quorum appetitiua materialis
facultas libera non est, tristari ignotabat: imo & nos
sæpe tristari, absque exercitio nostræ libertatis, Adde
citata. q. 3. Reportator, satis Scotum declarasse, de eli-
cientia solum physica actiua, non autem libera formaliter
actus illius, necessario & essentialiter in facultate appe-
titiva ad tristitiam præsuppositis se loqui: cum dicat,
Dæmones à tristitia, & dolore de malis inflicis cessa-
re non posse, quia ii affectus in illis à Deo solo actiue
eliciuntur quod dicere non potest, si actum prærequisi-
tum essentialiter ad tristitiam absolute talem, elicium
actiue non solum physice sed libere esse debere cense-
ret. Eo quidem deficiente, pro absoluta voluntatis
Dæmonum libertate, & potestate tristitia eis, absolu-
te talis, posset absolute deficere, & illi subinde, quo-
vis affectu à Deo infuso posset absolute non tristari

contra eius assertum. Constat ergo, nec Scotum, ne-
que ex Theologis aliquem docuisse, ex dæmonum, ac
damnatorum voluntate libera, & arbitrio suo, quan-
doque adhuc, à pena sensus essentiali, seu propria
status damnationis cessaturam absolute esse; quare ne-
que ita illam interrompendam, & quoad duratio-
nem æternitate tota à parte post extensue, disconti-
nuandam. Constat secundo, Nec Scotum, nec Docto-
rem vllum ex Theologis asseruisse, hæcenus Dæmo-
nem, damnatum ne aliquem, habere potentiam sim-
pliciter, & absolute talem, suæ voluntatis ad cessa-
ndum pro libito, & arbitrio suo à præfata pena, essen-
tiali, & propria, status damnationis: Et si in eo asse-
rendo longè ab errore, Originis staret, nec censura
alicuius notæ, aut leuissimæ suspitioni subiectus, esset,
qui assereret; quare scotum in quæstione hac de inter-
ruptione de facto penæ sensus à libera potestate, &
arbitrio voluntatis dæmonum, & damnatorum aliorum,
& de potentia eam penam abijcendi absolute tali,
& antecedenti voluntatis, & arbitrij, eorum statuen-
dum erit: tum quia ex diuersis principiis pendet cui-
usque decisio; tum quia postrema est de materia Theo-
logis liberiore.

6. Dico primo. Pena sensus (æque ac damni) essen-
tialis, & propria status damnationis interrupta aliquan-
do in tota futura æternitate pro arbitrio Dæmonum,
& damnatorum, non est sed extensue continua per
æternitatem totam. Hanc conclusionem, non solum à
ratione probabilissimam, & statum apud Theologos
omnes, sed fide certam existimo: ita, ut oppositum
non solum, singulare, & temerarium; sed etiam
censuram. De conclusionis certitudine, apud omnes Theo-
logos, ac proinde de oppositi singularitate constat:
cum omnes illam, vel doceant, vel supponant, quia
vllus oppositum asseruerit. Certitudo, quæ oppositum
asserit temerarium reddat, partim inde probatur, cum
contra omnes Doctores oppositum diceretur, partim,
quia sine ratione diceretur oppositum, ac purè arbi-
trario: temerarium autem Theologicè est, quod con-
tra omnes Theologos, & sine noua ratione efficaci ab
illis non visa, & eorum fundamenta euertente asseri-
tur. Non apparet autem ratio eam interruptionem
penæ sensus præfate ex arbitrio voluntatis dampni,
vel leuiter suadens, nedum quæ continuationis exten-
sue illius per totam successuram æternitatem funda-
menta dissiciens; ergo ita est certa conclusio, ut oppo-
situm non solum singulare sit; sed, & Theologicè teme-
rarium. Minor proxima, non aliter melius ostendi po-
test, quam rationum pro nostra conclusione produ-
ctione: ex quibus constabit esse, ut diximus probabi-
lissimam, & opposito valde longè à ratione probabi-
liorem, atque, ut non physice, moraliter tamen eui-
dentem. Et si autem eius conclusionis in terminis,
(quam præ sua certitudine plerumque supposuerunt,
ex fidei principiis, quam à ratione probant) ratio-
nes effortatas non inueniam, ex his autem princi-
piis, quibus ad affirmum quæstionum decisionem vtun-
tur aliquas pro præfata conclusione instruat, alias-
que de nostro addam. Prima esto. Quia gaudium, &
voluptas de bonis essentialibus, & propriis status bea-
titudinis, nunquam interruptitur neque interrompe-
tur, ex libera voluntate, & arbitrio Beatorum per to-
tam futuram æternitatem, sed tota illa extensue con-
tinuabitur in Beatis: ergo nec dolor, & tristitia de ma-
lis essentialibus, & propriis status damnationis inter-
rumperent, pro arbitrio, & libera voluntate damna-
torum; sed extensue, per totam æternitatem continua-
bitur. in damnatis. Consequentia à contrario status be-
licissimi Beatorum, ad infelicissimum Dæmonum, &
aliorum damnatorum tenet: maxime ex identitate, seu
æqua paritate rationis iam subiungendæ. Probatur se-
cundo. Quia ex vehementia cognitionis obiecti valde
incommodi, & disconuenientis intensissimè, (ut phy-
sica, quod falsum est) libertas patienti intensissimè
illud cognoscendi maneat, ut pro arbitrio de illo do-
leat, ac tristetur, vel secus. Censuræ moralis libertas, ad
non dolendum, & tristendum de illo non relinquatur
illius voluntati. Sin cedo aliquem, qui dum comburitur

h h 3 pro

7. Dico secundo, Libertas & poëtis absoluta, & simpliciter talis suspendendi pro arbitrio omnem actum doloris, & tristitiae, seu poenam sensus essentialem de malis propriis status illius demonibus, & damnatis aliis nunquam adfit. Est omnium Theologorum, etiam Scoti vt vidimus num.4. & 5. quare singularem eo recensere opus non est. Et quamvis, liberius Theologis videatur, vt diximus aliter opinari, tamen non adeo liberum, & absolutum ad dogmata fidei, proximè contra originem memorato, est, vt ex probatione prima conclusionis patebit. Probari Primo conclusio ab absurdo; quia si ea absoluta poëtis pro arbitrio suspendendi omnem actum doloris, & tristitiae de malis propriis status damnationis, ac subinde poenam sensus adfit voluntati demonis, & damnati cuiusvis, de facto suspendetur, poena sensus à quolibet, & in quolibet damnato, non quidem aliquando; sed tota futura aeternitate. Equis enim eorum tantam poenam non videri, si eam viare absolutam pro suo arbitrio poëst? Ponere autem extraordinarium praesidentiam Dei, qua, & si absolute possit pro arbitrio poenam suspendere, nunquam tamen tota aeternitate suspendant, minus Theologorum, & valde miraculosum est. Hoc autem magis appetitaeque dogmati fidei de perpetua, & aeterna poena sensus de malis propriis, & non accidentariis statui damnationis, quam error Origenis, eo dogmate damnatus, quod post tempus temporatè cessauit, & iterum reuiuiscit, ac sic alterius vicibus pro aeternitatem. Probari Secundo. Quia, si arbitrio, & voluntate sua, liberè poenam sensus, ac non, potius, volentes nolentes, poenam sensus à Deo peccatorum vindicè patiuntur, vt quid in Deum scelerum poena illa vltorem, odium, itaque implacabilis, qua illum non effice, & destruere, si possent, exoptant; atque in se ipsos desperata rabies, quod illum non possint destruere? Quae omnia in malis necessariis, nec postremis, & damnum, & damnatorum omnium Patres, & Theologi omnes, ad vnum, & recensent, & expendant; neque enim eam poenam à Deo tandem, & absolute iurati, qui eam non patiendi, si nolint liberam eis in eo statu ferre poëta eam; sed à se ipsis pro suo arbitrio, vterque volentibus patenterent. Tercio eadem ratione vermis ille indestitibilis damonum, & damnatorum, omnium, quod scilicet, ac poenas in via facili negotio viare poterint, nec tamen viant, nec voluerint, ac Scriptura, Patribus, Theologis, & catholicis omnibus concluduntur, defestibilis ex opposito nostrae conclusioni; fit; imo ita ab eis, deficiit, vt nec fit, nec fuerit, nec erit. Quod probatur à prio-

[illegible]

communem hanc nostram conclusionem. Denique cum connaturalis modus disponendae adeo necessaria vehementis apprehensionis malorum, ex qua ad dolorem, & tristitiam, & poenam sensus de illis demones cogantur, sit per intensas eorum malorum species ipsius impressas, ita fieri à Deo dicendum est, si malorum omnium, quorum dolor, & poena sensus à Daemonibus est species propriae (vt Arriaga supponit) naturaliter habeantur; quod tamen non ita est verum de malis priuativis, seu priuationibus, de quibus obiectis dolent, & poena sensus proinde puniuntur, & species propriae non dantur; sed per discursum à demonibus, vel potius ex Dei reuelatione, nec vt sunt in se sed per species alienas à demonibus intense cognoscuntur, nec aliter cognosci absolute, ab eis possunt, vt suo loco ostendimus.

9. Contra hanc, suam etiam, conclusionem secundam opponit Vazquez citat. d. 242. c. 4. num. 12. §. *At obicitur* quis, ex quavis vehemente cogitatione, & ingentis, cuiusvis boni non cogi voluntatem ad delectationem de eo concipiendam, dummodo in actuali exercitio delectationis appareat ratio mali quo ab illa voluntas retrahatur: ergo neque ex vehemente cogitatione ingentis cuiusvis mali, proprii status damnationis, potest voluntas demonis cogi ad dolendum de illo, dummodo in non dolendo, siue in doloris, negatione appareat ratio aliqua boni, qua voluntas retrahatur à dolore de illo malo. Ratio autem utriusque eadem, & à priori est: quia propositio boni, & mali, siue in obiecto, siue in eius prosecutione constituitur voluntas in actu primo proximo indifferens, & libera ad actum prosecutionis, eiusve omissionem, vel fugam; cum quo pugnat ad prosecutionem, vel fugam obiecti determinate voluntatis ex parte actus primi determinatio, & necessitas, atque ad alteram impotentia physica. Pergo: atqui, cum dolor de malo proprio damnatorum, seu poena sensus tantum actuale malum sit, nequit non damnatis representari, ac subinde bonitas negativa, & magna, siue tamen mali carentia, in non eliciendo dolore, seu negatione doloris de illo malo proprio status damnationis apprehensio; ergo eis adest absoluta physica potentia, & libertas in actu primo ad illum suspendendum. Respondet ipse posse voluntatem suspendere delectationem, vel dolorem, de obiecto iucundissimo, vel acerbissimo intense propositum, ac vehemente apprehensio pro suo arbitrio ex apprehensione mali, quod in exercitio, vel delectationis de bono, vel doloris de malo, cum auertere apprehensionem vehementem boni illius, vel mali praegrandis pro suo arbitrio potest; secus, cum illam auertere non potest: perstant enim illa rapiunt, velit nolit, voluntas in boni gaudium, ac delectationem, vel in mali dolorem, & fugam, & si exercitij stultitias affectus difficultas, & malum menti obveretur, in Daemonum autem potestate, & arbitrio, non est ingentis mali, tam positiui, quam priuatiui, proprii status damnationis, apprehensionem auertere: quare nec apprehensa acerbitate doloris de illo, & bonitate negatiua carentia illa per doloris suspensionem, suspensio hæc in arbitrio, & potestate voluntatis eorum absolute erit. Non acquiesco solutioni, si ex parte actus primi ad dolorem de illis malis apprehensio acerbis doloris illius pro posteriori naturæ exercitio à voluntate concipiendi, ac subinde negatiui, in eo non concipiendo, bonitatis apprehensio talis in Daemonibus admittatur, quæ apprehensioni intensæ, & vehementi de malis illis ita praeponderet, vt satis sit, eorum voluntatem ex parte antecedentis ad eius doloris conceptionem in aequilibrio absolute tali, & si minimo ad eius omissionem contrahere: tunc enim, & si intensam apprehensionem de malis illis auertere voluntas demonum, præ arbitrio, nequeat, actus tamen proximas indifferens potestatis voluntatis demonum ad eius doloris conceptionem, vel omissionem præfata obiectione demonstratur, quare, & impotentia physica absoluta, & ex parte actus primi voluntatis eorum ad eius doloris, & poenæ sensus

suspensionem euidenter rejicitur. Respondetur ergo: eiusmodi cognitionem acerbis doloris illius de malo, tam priuatiui, quam negatiui, ac subinde negatiue bonitatis, in eo suspendendo, nunquam ex parte actus primi ad eum eliciendum in ea saltem intentione voluntati Daemonum adesse, quæ sufficiat ad æquilibrium absolute tale, adhuc minimum, ad eius doloris suspensionem: tam ex parte specialis prouidentiae Dei, vt eos pro meritis poenæ sensus puniat; tum ex vehementia apprehensionis malorum illorum, de quibus dolor est concipiendus, quæ ira demones, & alios damnatos, eorumque mentes occupat, vt vix acerbis doloris de illis pro posteriori concipiendi locum relinquat; sed attonitos reddat: adeo, vt nec, postquam in instanti primo damnationis illam dolore conceptu experti sunt præ intensissima eadem apprehensione malorum, eorundem sequenti instanti durationis ex parte actus primi propositorum ad dolorem eundem concipiendum, doloris vel nusquam, vel adeo leuiter, ac remisse attendant, vt eius apprehensio in præsentia vehementis alterius malorum illorum æquilibrium voluntatis, adhuc minimum, ad doloris suspensionem absolute, nequeat contrahere: vt in eis patet, qui comburantur aliquandiu, & continuo, vel liget nolint, donec ignis sensus & cognitio est, voluntate dolent, quin acerbitate doloris actualis huius de combustionis immediate ante perceptæ attendant, vt ab eo concipiendo possint pro arbitrio abstinere. Quod ipsum de ingentis boni, vehementer, & quam intense apprehensio delectatione dicendum est, & si in ea concipienda labor esset, & acerbis, seu molesta difficultas.

CERTAMEN III.

De poenæ sensus Daemonum, & damnatorum intensiua magnitudine.

1. *C*ircum magnitudinem, intensiuam siue, intensiorem poenæ sensus demonum, & damnatorum reliquorum, certa quædam, & extra controuersiam posita præmittenda sunt, vt difficultatis in præsentiarum examinandæ scopus clarius discipietur, & innoscatur. Primo certum est, poenam sensus, tum de malis priuativis, tum de positiuis, quibus demones à Deo puniuntur esse intensissimam; quo vero gradu à nobis esse cordate indefinibile, ac subinde neque esse prudenter disputabile, vt patet; quod autem poena hæc sensus valde intensa cunctis demonibus, & damnatorum animabus sit certum itidem est; siquidem de solius gloriæ æternæ priuatione desperatus dolor, & tristitia, (quoad poenam sensus, vt diximus, pertinet) tam vehemens omnibus, & singulis est, vt pro spe illam aliquando (& si post millium annorum millia) obtinendi totidem annis poenas sensus quantumvis intensas cruciatuum reliquorum paciscerentur, paterenturque libentissime, vt Dei prouidentia, & dispositione Demones, & damnati, sæpè apud fide dignas historias viuis hominibus testati legunt: id quod, & quæ priuantur, excellentia, & magnitudo gloriæ facili suadet. Ad hæc poena sensus ex ignis tortura demonibus, & damnatis cunctis communi proueniens ingens adeo est, vt quemvis dolorem à nostro communi igne in nobis productum, & productum in nobis possibilem ita intentione superet, vt ideo ignis noster, atque ex eo producibilis dolor pictus ab Augustino, ac Patribus aliis respectu illius merito dicatur. Ni forte ea locutione, non solum intentione, sed specie, & essentia poenam ignis, nostris à nostro igne cruciatibus, vt res picturæ suæ excellere velint. Tertio, de particularibus sensus poenis, cuique viro, & prauæ demonum, & damnatorum delectatione, respondentibus Deus solus, qui eorum affectuum, nouit intensiuam magnitudinem, nolla valet. Id nos solum, & rationi, & reuelationi Apocalypsis.

lypsis, & de damnatis, & damnandis omnibus in meterece babilonica expressum: *quantum glorificavit se, & in deliciis suis, tantum dante illi tormentorum, dicere possumus: maiori cuiusvis generis delectationi praeferat, maiorem, intensioremque poenam sensus specialem responsum, solum ergo, quoad poenae sensus intensiorem, & intensiorem, seu quasi intensiorem magnitudinem ex pluribus individuis doloribus, ex diversis malis conceptis quaestio esse potest, an tanta sit, ut nullum dæmonum, & damnatorum gaudium locum relinquat?*

2. In hac vero difficultate illud certum omnibus Theologis est esseque debet, ut doctore noster Vazquez citat. d. 4. c. 3. n. 7. §. *Ego quidem existimo primum*, poenam sensus, seu dolorem, & tristitiam dæmonum damnatorum de malis status damnationis propriis locum de facto non facere gaudium, ac delectationem de vilo alio obiecto, quia poena illa sensus leniatur, deferuat, ac mitescat. Hoc legitima illatione inferitur ex dogmate aternitatis poenae omnis, cuiusque damnati, & fructus suae damnationis propriae (nec solum accidentarie advenit, & transiens, ut diximus) statuto a nobis, q. 1. certam, i. num. 1. Siquidem poena sensus, quae gaudium, & delectationem illa de obiecto alio mittit, remitteretur, nec quanta intensius promeritis aeternum in inferna dequantiata cuique extremo iudicio, & sententia damnationis fuit, aeternè duraret. De gaudio vero, & delectatione poenam sensus, non mitigante circa obiecta alia Soarius noster citato lib. 8. c. 15, docet: de obiectis aliis accidentarie obvenientibus dæmoni, vel damnato cuiusvis, posse illum, gaudere leniter, & vicumque, delectari; quin tamen poenam cuique promeritis adeo taxatam remittit, aut levet. In quam sententiam trahere conatur Alexandrum, t. p. q. 100. m. 4. a. 1. & 2. S. Thomam. t. p. q. 64. a. 3, argum. 1. iuncta eius solutione ubi ex Augustino t. 1. lib. 1. contra Manich. c. 17. gaudium aliquod dæmonibus de victoria contra homines tentationibus suis porta videtur concedere, sicut, & in 4. d. 45. q. 2. a. 1. & q. 1. a. 2. ad 4. Sed tamen horum doctorum nemo Soarii sententiam docuit. Non Augustinus: qui de gaudio victoriarum, & potestate superandi homines, quos ad peccata tentant, impellunt, ac vincunt, non verum esse ait, sed fictum, & verum potius poenae suae augmentum ita enim subdit. *Et inde maior poena est, quod de hac tam infelici potestate, (scilicet quod autem veri gaudij infelicitas obiecti esse potest) qui solebat antequam caderet de sublimi veritate gaudere? Poenam igitur veram, ac dolorem captare dæmonem de sua hac potestate, & victoria parva contra homines ait, cum eam obtinet, ac non sibi bonam (ut eius in Deum, & homines odium, ira, & invidia prius deceptoris pingebant, & proponebant ipsi, ut homines tentaret) & gaudij subinde obiectum, sed malam, ac infelicem, & novae accidentariae verae poenae obiectum experitur: ac inde speratum a se gaudium in vmbra inanes, & vana phantasmata absijcit: inde ex Augustino edoctus sanctus Thomas citatis locis, praefertim ex 4. sententiarum, gaudium hoc dæmonum phantasticum appellavit: tantumdemque voluit Alexander, dum illud gaudium amaritudinem plenum citato loco esse dixit: scilicet, ut ad speciem gaudium futurum appareat, fuitque vera poena, & amaritudo, cum tenetur: ut de Sodomae pomis vulgo dicitur ad speciem pulcherrimas. manibus tamen, oteue compressas in fumum abire. Nihil ergo Soarii sententia praesidij in doctoribus habet.*

3. Dicendum igitur est. Poena sensus, seu dolor, & tristitia dæmonum, & damnatorum de in aliis propriis status damnationis, tam magna intensius est, ut gaudium de alio quovis obiecto, non solum de facto, sed de possibili locum in sensu compositio excludat. Ita Gabriel, in 1. d. 7. q. 1. a. 3. dub. 1. Okam q. 19. sine ad dub. 7. Molina ad q. 64. a. 3. d. 1. §. *Dicendum est nihilominus*, Ruiz de Montoya tomo de scientia d. 53. sect. 3. n. 53, & sect. 4. n. 22. Vazquez citat. n. 7. §. *Deinde dico*, ac deinceps, n. 8. & 9. Arrubal, t. p. 1. d. 181. c. 1. Granados tract. 14. d. 4. n. 1. Alarcon. citat. d. 9. c. 8. n. 6. §. *Hac autem tristitia*, ac deinceps Praepositus ad q. 64. a. 3. In Comentar. n. 11. §. *ex his sequitur*. Probat primo: quia status Beatitudinis praerogative gaudio, & felicitate, eius propria, nullum tristitiae locum de obiecto vilo, reliquit Beatis; ergo nec status damnationis, pro ingenti sua infelicitate, ac de tot, tantisque malis ei propriis, & perpetuis vehementer, & intense cognititis tristitia vili

gaudio, & delectationi de vilo obiecto dæmonibus, & damnatis locum relinquit. Consequentia a contrario tenet maxime, cum eadem sit ratio a priori pro utroque data ab Aristotele 7. Ethicor. c. 14. sub med. bene à Vazquez, ubi proximè intellecto. *Voluptas aut contraria*, (id est, quae dolori de eodem obiecto sub eadem ratione considerato contrariatur, ut oportet ad contrarietatem cum illis, & quavis, c. 1. propriè, & stricta lege dolori non contrariatur.) *Modo fit vehemens pellic dolorum*, quia quo magis, quis de obiecto bono possessio gaudet, quod minus ipsi, aliis tristibus, & malis apparet, eo minus de his tristitia potest praesentibus: ergo adeo potest, celeriter, & bonitati obiecti possessi magnitudo, & respectu aliorum tristitiam excessus, & cognitionis eius intensio, ac subinde gaudij de ipso vehementia, ut locum dolori, & tristitiae de illis, i. de bono gaudenti, non relinquat. Contra vero, ita potest crescere magnitudo mali, de quo tristatur, & excedere in sua linea bonitati aliorum obiectorum, de quibus gaudendum esset, atque eis intensius representari, & libidine à Deo vehementem tristitiam de ipso ingenerare, ut gaudium, & voluptatem de illis capiendae locum occidat, id quod in vehementer de aliquo ingenti bono, aut malo intense apprehenso, gaudentibus, vel tristibus, quotidie experimur. Ratio autem virtutis a priori. Quia obiecta, bona, & iucunda ac mala, & tristitia, ut ad gaudium, & voluptatem vel ad dolorem, & tristitiam trahat voluntatem sola magnitudines, suae bonitatis, & iucunditatis, vel contra, iniucunditatis, & malitiae, & cognitionis, quae representantur, inter se pugnantiae proximè cum alterius, & in utroque excessus, longe maior, quam in altero est, non solum de facto voluntatem ad se vehementer trahit, sed praerogative in morio, & cognitione sui alterius motionem intentionalem respectu voluntatis, debilitat, & frangit, ut solum ad contemptum sui remaneat. Cum igitur status beatitudinis, bonum, & felicitas, de quo gaudent Beati, tanto excessu in sua linea creas malis aliis, & tristibus, quae accidentarie eveniunt, ac representantur illis possunt, praecedant, ac item clare, & ut in se sunt cognoscantur; contra vero, tot, tamque status damnationis mala, cum sua perpetuitate, & aeternitate durationis vehementissime, certissimeque dæmonibus, Et damnatis cuiuslibet representantur, ut diximus: illi vehementer adeo gaudij, hi vero tam intenso dolore, atque tristitia, rapiuntur, & perfunduntur, ut de aliis à Deo minoribus advenitis, & accidentariis malis, vel bonis, nec gaudere dæmones, nec tristari Beati viliatenus possint.

4. Probat. 3. Okam, Gabriel, & Molina. Quia Deus decrevit, ad gaudium nullum de obiecto vilo cum dæmonibus, & damnatis concurrere; tamen de se bona occurrentia etiam eorum voluntati tristitia vehementer de tot, tantisque, & perpetuis malis praerogative, atque absolute gaudium aliquot possent ingenerare: quae ratio impotentiam, eorum absolutam gaudendi optime probat, atque in Beatis impotentiam finem tristitiae ex decreto simili divino, non concurrenti cum illis ad tristitiam de obiecto vilo concipiendam. Quod nihil absolute violenter contrahit, ut Vazquez putat cum status summi, vel felicitatis, vel infelicitatis exigentiae naturali causalium, ut ad ipsorum effectus concitum ex parte sua necessarium esset, paratissime habet Deus longe praerogative, ut diximus non semel. Atque ex hac terra probatione facillime respondetur argumento aduersus sententiam praepositus, quod licet habet. Quidquid absens obiectum desiderij esse alicui potest, potest itidem praesens, & possessum esse, eadem, gaudij & delectationis obiectum: atqui plura bona dæmonibus obiecta, & occurrentia possunt eis esse desiderij obiecta, dum absunt, imo, & fuerit de facto, dum ipsi aberant, & desiderio perdendi, & seducendi homines ad peccatum, & damnationem, & ex dæmonum, ad Christum Dominum petitione Matth. 8, ne in gehennam, sed in porcos mittantur: ergo, si ipsi adveniant, ut de facto adveniat, & hominum perditio, & in porcos immisio, poterunt esse illis gaudij obiecta, imo, & de facto fuerit, siquidem aeternum alicuius rei absentis desiderio praesens, & obvenit gaudium contrarietate succedit. Hoc tamen nihil probat, si concitum Dei necessarius ad virtutis affectum à Deo ipsius esset; secus vero, si ex parte Dei ad desiderium, rei absentis solum, non autem ad gaudium praesentis effectus, sicut, ut tertia ratione multa probabilitate funderetur, Ne


Ne tamen huic rationi leuissimæ huius obiectionis solutio alligetur æqua facilitate respondeo, ex dictis n. 2. distinguendo maiorem: quidquid abfens obiectum desiderij est, esse potest, postea præfens esse desideranti obiectum gaudij, *ni ex falsa apprehensione bonitatis obiecti, abfens, quæ eius præfens, & possessione corrigitur, desiderium habeatur, nego maiorem*, adhuc quotidianis experimentis nostris, falsissimam si autem sunt obiecta desiderij Dæmonum enumerata, & quæcumque alia velis enumerare ex falsa apprehensione bonitatis, & iucunditatis ex eis percipiendæ quæ illorum tamen præfens, & obiectio Dæmonibus illdem inuicunda, & acerba corrigitur; tamen odio, ira, & inuidia in Deum, & homines continua, rursus, & continuo tota æternitate decipiuntur, nec continuis experimentis corrigitur, ac falsam suam apprehensionem iucunditatis ex eis obiectis percipiendæ quominus eadem, aut finilia alia, dum abfunt, non desiderant.

5. Accedit tristitia, & dolorem vehementem de malis status damnationis propriis desiderio aliorum, quæ bona sibi reputant non respicere, quia desiderium anxietatem, dolorem, & timorem, intense tristitia affectus conaturalissimus, quare cum vehementi tristitia Dæmonum non solum facili, sed amicissime composibiles, secum deferuntur: cum statu damnationis, in quo eis etiam affectibus cruciantur. At vero affectus gaudij de obiecto quouis cum vehementi tristitia, & dolore, de adeo grandioribus malis status illius Dæmones, & damnatos præuocant ac præoccupatos, inueniens locum non habet, nec ipse affectus gaudij, nec vires eius obiectum, vt voluntatem moneat possit inuicem dicta n. 3. & si non ex falsa apprehensione, sed vera de obiecti abfentia: aliqua bonitate desiderium Dæmonibus moueatur, quod cum tristitia vehementi, quæ præoccupatos illos inuenit, impugnat, sicut pugnat de eodem obiecto præfens, gaudium: quare maior illa de eodem vere, ac non, apparetur adhuc solum, bono obiecto, vera non est, vbi ex parte, voluntatis impedimentum vehementis tristitiae gaudij de obiecto eodem præfente adest. Est enim eadem maior propositio illa cum hac: obiectum, quod potest mouere voluntatem expeditam, potest mouere impeditam: quo nihil magis à veritate, & probabilitate remotius. Maxime, cum tristitia illa vehemens & ingens dolor ex magno, in sua linea, excessu mali & cogitationis eius, quam sit bonum de quo gaudendum erat, concipitur: vt in Dæmonibus, & damnatis, contingit, sicut in Beatis gaudium, quibus alia obiecta desiderare (sine anxietate tamen, timore) non tamen de eis non adquisitis, aut de malis aliis (pura hominum damnatione tristitia ob vehementes gaudium de longe maiori bono quod possident, & viuam eius cognitionem, & hæc sit tertia, & æque facili argumētū aduersariorum solutio. Iam quod de lapsu, & perditione hominum nisi à viris sanctis, gaudere videreque apud fide dignas historias, legatur: iudicium simulatum ab eis exterius est, & Sardonicus risus verax: solum in miseros homines irrisio abique vlla Dæmonum irridendum voluptate multaque eorum accidentaria amaritudine, & acerbitate. Sed neque Angeli de hominum (etiam suæ custodiæ commissorum) perditione postius tristantur, de quorum tamen salute valde gaudent: ac proinde negatiue tristantur, quatenus gaudij illo accidentario, carent, quam vt hominibus (quibus aliter nequeunt) significat postius tristitia, signis, & vocibus vbi quandoque sunt vti, & de Spiritu Sancto tristitiæ postius natura sua incapaci dicitur ad Eph. 4. *Nalite contristare spiritum Sanctum.*

6. Denique Soar, supra n. 10. opponit status damnationis & summæ miserie, non pugnat cum cognitione aliquam veritatem naturalium (adde, supernaturalium fidei etiam, quam Dæmonibus damnatis supra concessimus) cum tamen status felicissimus beatitudinis nullum physicum errorem admittat; ergo male ab incōpossibilitate, tristitiæ cum statu, & gaudij beatifico infertur à contrario cum statu miserrimo damnationis, & vehementis tristitiæ propriæ illius, incōpossibilitas gaudij de obiecto alio in damnatis. Leuior

Christoph. de Ortega, de Deo vno, Tomus II.

adhuc obiectione. Argumentum enim nostrum à gaudij beatifico ad tristitiam damnationis est ad effectus voluntatis vehementis, gaudij, aut tristitiæ repugnantibus, ex rationis repugnantia identitate, quæ in oppositiōnibus aliis à contrario faciendis neq; extenditur, nec potest extendi: vt quidquid alterutri statui adit alteri debeat deficere vel contrarium ad esse. Vtique videret Soarius, quam male instantiam contra nostram sententiam & probationem assumpserit, animaduertente debuisse veram cognitionem, etiam supernaturali in fidei, Dæmonibus & damnatis datam, seruata in illo statu esse, vt certissima atq; indefectibilis veritas cognitione de suis malis eorumque, & infelicissimi status perpetuitate, acerbis, desperatiuque dolerent ac tristerentur, quod statui damnationis maxime congruit, cum supplicij pænæ & calamitatis status sit: contra vero, cum beatitudo felicitatis summæ status perpetuoque amicorum, & filiorum Dei sit, error ab eo omnis debet exulare, cum & defectus physicus ac vero gaudij, & delictis Beatorum quibus de iunatus status ille totus est, nequeat inficere, sed falso & deceptorio alicui gaudij à Beatis relegando in hoc ergo, quoad cognitionem status damnationis, statui beatitudinis contrariatur. Quod his veras solum cognitiones admittat, quæ vere felicitatem, nec solum apparenter, & elusorie augeant, ille vero nullam, quæ nequeat, eius infelicitatem, cruciatum dolorem, & tristitiam facere, vel augere videbatur tandem ad pænā sentius vniuersum spectare examen loci vbi nunc Dæmones, & animæ damnatorum puniuntur, & à postremo iudicio damnati omnes puniendi sunt: sed tamen, cum de sola pænā sensus ex ignis tortura, de qua pronunciat in Dæmonibus, & animabus separatis damnatorum aliqua explicatio requiratur, opportunius, quæstione sequente de Dæmonum tortura ab igne, de loco, vbi ita torquentur, ac post vniuersale iudicium damnati omnes torquentur agemus.



QVÆSTIO IV.

De Dæmonum, & animarum separationum tortura ab igne.

Quest iam difficultior de Angelis quæstionum ordine postrema, difficultate prima de Dæmonum, & animarum damnatorum hominum separationum per materialem ignem, & calorem tortura in statu damnationis, quæ à Deo scholasticorum ingenia huculq; torfit, vt perpetua eorum in scholis viæ, æque ac Dæmonum in damnationis termino tortura non abs te fore videatur. Cum modus, quo ab igne materiali, eiusque corporeo etiam calore spirituales substantiæ puræ, quæ subinde corpoream aliquam ipsis disconuenientem qualitatem physicè pati nequeunt, & à quibus illam educendi actiuitatem physicam agentia corporea habere non possunt (torquentur, torceantur, ac licet sine destructione) crementur humano discursu & philosophica ratione assignabilis explicabilisque non appareat. Idcirco Aug. vbiuis in hac incidi difficultatem piam suam, doctrinamque ignorantiam proficitur 1. de ciu. c. 10. *Miris inquit, & ineffabilibus modis accipiunt Dæmones ab igne pænā, scilicet 2. de verbis Apost. Fidelis ignorantia, quam temeraria sapientia de Spiritu, & licet cap. 14. igitur. Cui responsio ista displicet, quærat Doctorem; sed cauere ne inueniat præsumptorem.* Consonat Magistro Prospero elegantiori carmine libro de ingratis Greg. 4. Dial. c. 19. c. 6. §. *Hæc opinio ex scholasticis fere omnes supponit, fatenturque, expressus Durand. in 4. d. 44. q. vlt. Val. d. 24. c. 6. §. Hæc opinio circa med. & fine Soar. c. 15. n. 45 & 48. Alarc. cit. d. 9 c. 10. n. 1. quod, & nos potiori iure de nostra tenuitate sentire debemus & fateri, ei tamen inexplicabili difficultati emolliendæ, cæterorum scholasticorum modesto exemplo, & quam*